## **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

## Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

## **Atlas minor Gerardi Mercatoris**

Mercator, Gerhard

Amsterodami, 1610

America

<u>urn:nbn:de:bsz:31-118360</u>

AMERICA. 18 VARTAM hanc Orbis Terrarum partem Veteribus incognitam Christophorus Columbus cum re-America no. periffet, Indian ; aiii ob vaffitatem Novum Orben dixere ell'enim ingens & nostro Orbi, hocest Eumma & wide ropæ, Africæ, Afiæ, fimul conjunctis ferè par: uti vel ex iplo Tabulæ nostræ universalis conspectu lideducte. quet, Dicitur & America ab Americo Vesputio Florentino qui primus post Columbum Continentis partem ultra Equatorem ab Ortu detexit, in qua funt Para & Brafilia regiones. Quando autem America primum coli coepta fit, incertum efecerte multis faculis ignota latuit:nam quod de Romanis quidam fuspicatur, facilius dicitur quam demonstratur, & commentum illud accurate refutatum est à Gasparo Varrerio. Senecam enthyfiasmo poëtico raptum aliquid de hac in Medeacecinisse nonnulli opinantur: sed suror est opinari vel illi, vel ulli eo feculo has partes fuille cognitas. Primus post multa, & adhuc ignota nobis annorum facula Christoph. Col. Genu. auspiciis Regis Castelle rem tantam feliciter invenit, edoctus (ut creditur à nonnullis tam clari facinoris gloriam arrodentibus) ab Hispano quodam Nauta, diu Mari Atlantico ja ctato: factum id anno CTO CCCC XCTT. Polleum tentavit idem Americus Velputius auspiciis Regis Portugallia, factiq; premium retulit, quod totus ille tractus ab ipfius nomine America, ut diximus, appellationem habeat. Porro universus hic Orbis à Septemtrione ad Meridiem exporrectus est duarum magnarum Peninsularum forma, qua tenni Ilhmo connectuntur: earum altera dicitur America Septemtrionalis, altera Meridionalis. Longitu-Situe doejus extensa est inter Meridianum gr. 190. & Meri. gr. 67. Latitudinis terminus Austrum versus est fretum Magellanicum, ideft.gr. LII. Septemtrionem autem verfüs, à gr. Lx v II furfum pleráque adhuc funt ignota, Habet igitur ab Ortu Solis Mare Atlanticum, quod vulgò vocant Del Nort; à Meridie, Terram Australem Magellanicam, freto interfluente disjunctam. Ab Occasu, Mare Pacificum, Del Zur: à Septemtrione, incertum Terras an Maria. Tota circumnavigatio est circiter xxx11 millium milliarium, ut tradunt probatiores. Est enim tota circumnavigata, præter eum tractum qui Septemerionem respicit, cujus littora nondú perlustrata sunt. Regio in universum multiplex est ac varia: Frumento initio & vino carvit: ejus loco tulit Mass. leguminis genus, ficenim vocant, ut Vinum Chichia: lintres Canous: regulos Cacicos nominant. Ad fementes Soli fertilitat. faciendas terram non arant; fed modica altitudinis fcrobibuseffossis, tria quatuórve grana in unam demittunt terráq; operiunt. Singuli culmi tribus quatuorve paniculis onusti adolescunt, quarum singulæ grana centum & amplius fundunt. Maizii scapus hominis altitudinem exsuperat, ac quibusdam in provinciis bis in anno colligitur. Alind etiam genus panis habent vulgo Cazabi dictu. Id ex Iucca conficitur: radix est napi crassitudine, quæ nullum ex se semen fundit, sed cannas tantum quasdam nodosas & solidas, viridibus foliis, ut cannabis. Eas cannas, ubi maturitas adelt, in taleas duos palmos longas exfecant, quas in tumulos quolda (Comshos appellant)digellas, terra obruunt : quoties verò id genus panis conficere volunt, earum radicum quantu vilum est eruunt, paucas tamé unaquaq; vulsione, quia brevi corrumpuntur. Duo præterea radicum genera funt, alteras Battatas, alteras Haias vocant, specie propesimiles, nisi quod Haix minores & sapidiores sunt. Plantantur



AMERICA. soni que període la como de la co Plantantur autem, & fextum intra mensem fructum comedunt : caterium sapore aliquantulium dulci, sed satietatem mox & fastidium inducente; exigui etiam admodim succi sunt, ventos que, ac supervacuos slatus gignut. Magnametiam arborum vim habent ex terræqux uvas quasdam agrestes ferant. Earum acini, prunorum filvestrium specie qua è spinis & arbustis nascuntur, nigro folliculo vestiuntur: sed quia multium illis ligni, parum pulpæ,ineft, ex iis Indigenæ vinum non conficiunt. Sunt & arbores Olivarumferaces, sed quæ insuavi odore, tum sapore etiam pejore sunt. Varias fructuum species, easque abunde habent; quales sunt Hovi, Platam, Pinea, Guiava, Mamei, Guanavana. Fert præterea ipsa regio Saccharum, Gossypium, Linum, aliaque ut apud kmko nos, multafque alias arbores, atque herbas. Habet quoque Aromata, Margaritas ac Gemmas, & Auri & Argê-House Poster consp ti incredibili copia affluit, aliifque Metallis ac Mineralibus. Sed neque Boves ante habuit, neque Equos neque Mulos, neque Afinos, neque Oves, Capras, Canes. Proinde mirandum non est fi Indigena ad primum Equi conspectu perculsi fuerint. Mures Gliresque ex Antuerpiana Nave qua per Fretum Magellanicu ulterius navigabat, primam illicoriginem habuêre: ex eo in tantum five Soli, five Animantium ipforum feecunditate creverunt, ut sæpe spem Messis Autumniq; in herbis & arboribus arroserint. Animalia varia alit partim nota nobis, partim ignota. Inter alia prodigiofum reperitur Animal, cujus ventri Natura alterum ventrem marfupii inflar affinxit. Quoties demigrat, catulos in eum loculum recondit & geftat. Id animal corpus & roftrum Vulpis:manus ac pedes Cercopitheci: aures Vespertilionis haber. Aliud quoque est animal (quod Cuscuis indigenis dicitur)nigri porci specie, pilosum, durissimo corio, exiguis oculis, auribus patulis, ungulis filsis, brevi promuscide munitum, ut Elephas: barritu adeò terribili ut homines obsurdefaciat: caterum carne ad esum suavi. Aproru præterea montanorum, & ferocifsimarum Tigrium ingens copia reperitur: Leones etiam, fed timidi, qui viso homine fugiunt, & alia. Sunt & Pavones, Phasiani, Perdices & alia Avium genera varia, sed longè nostris discrepantia. At de his fusius in particularibus descriptionibus dicemus. Dividitur universa America, in duas peninfulas maximas, ut fuprà diximus, quarum altera America Septemtrionalis, quæ totacirca Æquatorem jacet, dicitur: altera Meridionalis, quia majori ex parte ultra Æquatorem protenditur: licet nonnullæejus regiones etiam circa Equatorem fint. Septemtrionalis in varias regiones dividitur, qua funt, Quivina, Nova Hispania, Nicaragua, Jucatan, Florida, Apalchen, Norumbega, Nova Francia, Terra Laboratoris, & Estotilandia. Meridionalis partes sunt multæ: sed præcipuæ & hactenus quidem superatæ Barbarisque creptæ hæ sunt: Castella aurea, Plopaiana, Peruvia, Chile& Brasilia. Gloriatur inprimis duabus urbibus Cusco & Mexico. Cusco. America Meridionalis Metropolis & primaria civitas, ea amplitudine, fortitudine ac magnificentia, ut cum pulcherrimis etiam Galliæ vel Hispaniæ urbibus, invicta arcis munitione. & Hominum potissimum nobilium frequentia, edificiorum serie ac dispositione, & situs amoenitate meritò contendere queat. Nulla in eam multitudo plebeia admittitur, sed nobilium, procerum, maximorumque Principum sedes est, qui partim intra urbis mœnia,partim in villulis fuburbanis,ruri magno numero degunt. Inter qua quidem pracipua funt palatia Procerum quatuor, qui hujus Reipublica clavum moderantur, qua superbissime, sumptu propè immeso, marmorcis

fined

Popo alone

CHOS

Property of the second second

AMERICA.

moreis quadratisque lapidibus structa, atque depicta videntur. Platez cum omnes sint rectz, crucis formam plerifque in locis efficiunt, nulla autem est, per quam non amœnus delabatur rivulus canali ductus, utrimque lapidibus veltito. Forma civitatis quadrangularis, in latere collis, exiliter atque venuste deprimitur. In clivoso & difficili montis afcenfu, admirandæ pulchritudinis arx spectabilem, atque amænam hanc urbem reddit: cu-

jus five pulchritudinem, five ingentem ædificii molem confideres: perpaucæ fimiles in universa Europa illis sut vila, qui terras quamplurimas perluftrarunt. Mexico five Temistitan in Hispania nova Mexicana Provincia opu- Lacus & Flor lenta & celeberrima civitas, de qua infra in descriptione Nova Hispania acturi sumus. Ad alia pergimus. Multis inclytis amnibus hac Orbis pars irrigua, quoru plerique auriferi, lacubus ac fotibus copiola. In Lacubus ac Fluviis piscium magna copia: unum eorum genus qui ab Hispaniolæ indigenis vulgo Manati appellantur. Hic

pifcis tutræ prope formam referens, xxv. pedes longus, x11 craffus est: capite & cauda bovem referens: exiguis oculis, pelle dura & pilofa, coloris veneti, pedes duos Elephantinis fimiles habet. Fæminæ ejus generis, ut vaccæ catulos pariunt, cofque gemino ubere alunt. Montes hic etiam passim plurimi, inter quos est, ut testatur Montes,

Benfo, Mons flammivomus, qui per ingentem craterem tantos sæpe flammarum globos eructat, ut noctu latisfimè ultra centum millia passuum incendia reluceant. Nonnulli opinati suntintus liquesactum aurum esse, perpetuam ignibus materiam. Itaque Dominicanus quidam monachus, quu ejus rei periculum facere vellet, ahenum & catenam ferrea fabricari curat: moxque in montis cacumen cum aliis quatuor Hispanis ascendens, catenam cum aheno in caminu demittit: ibi ignis fervore ahenum cum parte catena liquefactum est. Idque cu

iterum multò crassiore catena expertus esser, res denuò priori incepto similem exitum habuit. Ad alia transeo. Superba hicurbium & viarum structura, adificiorum splendor. Hortus sertur suisse regius in quo herba arbo- Opera publica. resque cum suis truncis, ramis, fructibus ex solido auro, ea mole stabant, qua vivæ in pomariis. Fertur & conclave regium, in quo omne animantium genus ex gemmis erat, opere partim mulivo & legmentato, partim cx-

lato, partimetiam ex plumis varie conferto. Memorabile est & in primis quod de duabus vius referunt, quarum altera per montium ardua, altera per planiciem camposque strata est, à Quito urbe Peruana, ad civitatem Cusco, spatio quingentorum milliarium: cujus operis decus augent, stupenda lapidum & faxorum moles, non Equis aut Bubus, (nam illis caruerunt) sed humanis manibus adgestæ. Via campestris utrimque munita est muris, patetque in latitudinem pedes quinque & xx: intra quos rivuli fluunt, confiti ad marginem arbufculis, quos ipfi

Molla vocant. Altera vero è faxis & rupibº excisa per medios montes discurrit, pari latitudine: salebrosis insuper depressique vallium locis, prout regionis natura postulabat, adgestis munitisque. Has vias Gninacava Rex (qui avorum nostrorumemoria vixit) perpurgari, parietes ruinosos restaurari atque exornari secit: opus iplum alias multo est vetustius, neq; unius hominis atatis. Fuerunt etiam per itinera disposita diversoria ampla, splen-

dida, amona, (ipfi Tambos nominant) quibus regius omnis comitatus recipiebatur. Hac de quatuor Orbis partibus generatim pro Methodi ratione sufficiant : postulat eadem Methodus, ut speciatim & per Partes Eu-

ropam quae primo loco posita est, deinceps perambulemus,

Cij

POLVS

nus goni moranis igni, para uzvi odni Plannis

que ut un activo de la constante de la constan

dimida ongencia enca, no Equino la equina a, Nova in Elivadora función ana Ca anta a ca m noble